Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Dominica prima in aduentu domini nri ihu xpi · Ad romanos:
Fratres: Scientes quia hora est · iam nos de somno surgere · Nunc enim propior est nra salus: quam cum credidimus · Nox precessit: dies autem appropinquauit · Abiciamus ergo opa tenebrarum · Induamur arma lucis · sic ut in die honeste ambulemus · non in comessationibus · et ebrietatibus · non in cubilibus · et pudicitiis · non in contencione · et emulacione · sed induimini dnm ihm xpm · Scdm
In illo tempe: Cum appropinquasset matheum · ihs ierosolimis · et uenisset bethfage ad montem oliueti: tunc misit duos discipulos dicens eis · Ite in castellum quod contra uos est: · et statim inuenietis asinam alligatam · et pullum cum ea · Soluite: · et adducite michi · Et siquis uob aliq dixerit: dicite quia dominus his opus hat · et continuo dimittet eos: Hoc autem totum factum est: ut adimpleretur qd dictum est p ysaiam dicente · Dicite filie syon · Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus: · et sedens sup asinam · et pullum filii subiugalis · Euntes autem discipuli: fecerunt sicut precepit illis ihs · Et adduxerunt asinam · et pullum · et imposuerunt sup eos uestimenta sua · et eu